



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

XVIII. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Thomas de Villanova Archiepiscopus, cujus granarium in usus pauperum erogatum, iterum divinitus plenum repertum est. Cum festo Purificatæ Virginis die coram Crucifixi imagine piis in Christum & Matrem eius affectibus vacaret, id è Crucifixo solatium accepit, ut se ad festum Deiparæ natæ mortuum intellexerit. *In Vita.* Quem Maria sæpe audit orantem, hic audiet Mariam ad coelum invitantem.

S. Thoma ora pro me Deiparam, ut illa me ita ultimi agonis per internas inspirationes admoneat, ut simul gratiam ritè ad eum sanctè obeundum me parandi, benignè largiatur, illa suavissimo virtutum suarum odore me in Dei amorem trahat. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima lego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies milies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilem & actualium creaturarum &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: Cum S. Thoma, si quid triste, aut acerbum mihi contigerit, illud Deiparæ exponam, apud eam querelæ levamen quæram.

Agnoscat illa Mater filios, libera captivos, delitiis cœlestibus impinguata famelicos. B. Laur. Justin ser. de Ass. B. V.

Quæstio: An in B. V. rectè cadere potueris admiratio? 6. Vega Theol. Mar. p. 7. c. 3.